



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 122. S. R. I. Electorum comitia Francofordiæ

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

§. CXXII.

*S. R. I. Electorum comitia
Francofordiæ.*

Sæcul. XV.
A. C. 1446.

Cum Eugenius Theodoricum Coloni- *Æn. Sylv.*
ensem, & Jacobum Trevirensem *comm. l. i.*
Archiepiscopos, atque Electores, eo quod *Antonin. tit.*
palam Felici ac Basileensi Synodo fave- *22. c. II. §. 17*
rent, dignitatibus suis exuisset, ideo S.
R. I. Electores hujus exauctorationis
caussam discussuri, apud Francofordiam
convenere, atque in hanc sententiam
conspirarunt, quod hi duo Archiepiscopi
Eugenii depositionem a Basileensibus at-
tentatam omnino ratam haberent, nisi
Papa judicium in hos Præfules a se la-
tum irritum declararet, onera Nationi
Germaniæ imposita tolleret, necnon au-
toritatem Conciliorum, prout Constan-
tiæ decissum fuerat, profiteretur; quocir-
ca Legatos suos hac super re ad Cæsarem
decreverunt, qui hæc Electorum consilia
illi soli, & sex ejusdem Consiliariis ex-
ponerent, simulque rogarent, ut & ipse
concordi cum eis opera Legatos Ro-
mam mitteret.

§. CXXIII.

*Æneas Sylvius ad Eugenium a Cæ-
fare ablegatus.*

Ad hæc Fridericus respondit, se in
ean-